xx l. reflecteret

f. 135r Sp. 2.

cuius paulo ante mentio est habita, quid? non laborum ac periculorum subiit, ut urbem Romam atque Ytaliam ab oppressione Carthagiensium [inens] liberaret! Cuius viri piam magnanimitatem magnamque pietatem sic fortuna comitata est ut formidatum illud sub arbitrio nephandi et inhumani hostis excidium, quod nostris cervicibus impendebat, in auctoris caput patriamque reflecteat (!) et vastitate terroribus rapinis cedibus incendiis ex agro Romano in terram hostilem interdum maiori virtute ac felicitate translatis, Italie Affricam, Rome subesse Carthaginem doceret, ipse victor triumphator inclitus, cum multa patrie, nichil sibi preter splendorem nominis et rerum gestarum tytulos ~~et~~ ac gloriam reportaret.

Quid postea Nepos, quanto cum capitis sui discrimine avi ~~[illegible]~~ reliquias armis ac flammis ultricibus persecutus detributaria (!) Carthagine nullam [ultam] fecit. Ipse quoque cum in patriam sicut dulcis sic minime securitatis leticiam pertulisset in domum suam privatim nichil intulit preter Affricani cognomen a virtute sumptum propria, quod ab avo iam pridem hereditarium possidebat. Inde a meridie in occasum versus, quam periculosa subsidione Numanciam fregit nosti. Quid Marcus Furius Camillus, quam multa bella, quam animose ~~[illegible]~~, quam prospere pro patria sua gessit testatur et vicciorum [l. Veiorum] decennis obsidio et ex variis hostibus innumerabiles triumphi. Riden[t]

Riden

l. et ipse Ipse